

519

73

13128

Matthaeus Cerdonis : 1482-1487.

[27] REGIUS (Raphael). In eloquentiam panegyricus.


Gothic Letter, 12 leaves, 32 lines to a page; sheet number in centre of top margin. Two woodcut initials.

Small 4to, half calf.

[Padua, Matthaeus Cerdonis, 1483 (after 15th May).]

FIRST EDITION. Slight marginal stains.

Hain 13808. Brit. Mus. Incun. III, 921. [i.e. VII]



Hay

Hain 73808

Raphael Regius Bernardo Justiniano militaribus insignib⁹ decorato Divi Marci procuratori integerrimo ac Veneti senatus principi eloquentissimo S. P. dicit.

Panegyricū quē nuper de eloquētiā laudibus in gymnasio Patavino habuimus: complures mihi amicissimi rerūq; mearū studiosissimi: vt emitterez saepius iam a me efflagitarunt. Horū honestissimae petitioni cū me dūtius reluctari amicitiae lex nō pateretur: statuerēq; vel nuncupatione aliquid patrociniū huic meae lucubrationi comparare: cui potius eā q̄ tibi vnico studiozū specimini inscriberē: inuenire potui neminē. Neq; n. quisq; eloquētiā laudationē vel melius tūtaretur vel libentius perlegeret: q̄ qui ⁊ habet ⁊ est eloquētissimus. neq; ego cōmodius alii hoc meozū studiozū documentū dicarem q̄ tibi: cuius clarissimis virtutibus luculentissimiq; ope rib⁹ sēp sui deditissim⁹. Testis nāq; mihi ē Marcus dandul⁹ honestissimus tibi ex filia nepos prestāti ingenio singulariq; bonarū artū sciētia praeditus: q̄ cū antea quidē tui fueri studiosissimū vero cum Socratis de regno orōnez tibi adhuc adolescenti exercēdi ingenii gratia integerrime facūditissimeq; in latinū trāslatam mihi plegendā tradidisset. ea enī mihi visa est elocutionis pspicuitas. ea sili facilitas: ea facūdiae suauitas. vt te postea sēp ⁊ coluerim ⁊ obseruarim. Neq; potui nup non uebementē commoueri: cū eandem ipsaz Socratis oratōez non mō nomis tui titulo defraudatam: s; cuidā quoq; ex optimatibus tuis inscriptaz apposita cuiusdam epla Cuiuētis nomini parco) uiderē fuisse ī p̄ssaz. Qd si nōnulli tāta sunt ipudētia: ut cū ex sese ip̄i nihil egregiū cūdere possint: alieas sibi uigilias tā ap te arrogari nō dubitēt mihi ip̄i defuisse uideri posse: nisi id qd iā p̄dē maxie optassez: hoc quātūlocūq; munere meā erga te obfuātā declarassez. Qd qdē si tibi totius hūanitatī ornāmēto pbabit: tantū abest ut malūoloz detractorūq; calūnias p̄tūmescaz ut aliqd p̄clarī operis

307 725

etiam nomini tuo me sperem breui dicaturum. Vale non mi-
nus studiorum q̄ Veneti Senatus praesidium. Paduae idi-
bus Octois. Anno domini. 1483.

307125



15. I. 1980

N 35

2

Raphaelis Regii rhetorice in gymnasio Patavino profitentis in eloquentiam panegyricus.



Distinctas variasq; denūciatiōes mihi quoq; tandem copia facta est: ea de arte oratoria ex hoc loco dicendi humanissimi auditores: quae sperarem uobis non iniucunda esse futura: ferius quidem q̄ et ego optabam: et uos fortasse expectabatis: nō ulla sane negligētia mea: s; grauissimo Bernardi Carrerii Magnifici academiae nrae Rectoris mādato: cui cū iniquū ēē d̄gerer: q̄ dies Sabii Quintiliani initio destinatus eēt ac debitus: eo me iuste nimium fraudari: ita gymnasii nostri utilitate; postulare as firmavit. Quod sane cum accepissem: et si parum mihi constabat quaenam ea esset cōmoditas: malui tamen illius iussis obtemperare: q̄ aut contentiosus uideri: aut ullum Florentissimae Academiae uel minimum commodum remorari. Ita quae tūc mihi dicenda erant: in hunc usq; diem idcirco fuere dilata ne illotis (ut aunt) manibus egregium de institutione oratoria Quintilianū opus agredere mur: ac debitam eloquentiae laudationē hoc honestissimo cōspectu uestro priuaremus. Si quis eui unq; praeclari operis aliquid inchoaturus faciundum sibi putauit: ut quaz esset traditurus disciplinam: in magna praestantium uirorum frequentia eam oratione cōmendaret: id eloquentia totius humanitatis magistra in re quodā suo nūc a me reposcere ac potius effugiat uideat. Tametsi eni probe scio me nequa q̄ parē neq; diuinis copiae dicēdi laudib; neq; tā eruditissimi coet; expectatiōi orationem allaturum: munere tamen rhetorices profiteridae cūctis huiusce gymnasii suffragiis mihi benignissime demandato admoneor: ne eā artē pertranscamus illaudata: quae et būanae

societatis auctor extiterit: et qua ratione unūquodq; laudari posset: comodissime enodari. Atq; hoc eo magis mihi est faciundum: quod et superioribus saeculis et nostris temporibus nonnulli non defuerunt: qui hanc artē ut puerilē: parum utilem ac Cui diis placet reliquis studiis contrariam negligendam esse: iactitare non erubuerunt: ut iam defensionem quoq; eloquentia implorare uideatur. Ac nisi cum ex aliis permultis: tum ex hoc tanto eruditissimorum iuuenum concursu apertissime colligerem: istam adolescentibus studiosis perniciosissimam opinionem ex hac nobilissima Academia iam pridem fuisse explosam: minime committerem: ut siquid dicendo consequi ualerem: defensionem eius artis deesse. quae hominibus fortunis. honore: uita periclitantibus se per et ubiq; praesto adesse solita sit. Quis uero huiusmodi hominuculos tam in sese otumeliosos ridere consueuerit eloquentia: mihi quoq; cum suis ineptis uidentur praetermittendi: ac potius de foecundissima studiorum humanitatis parente oratio altius est repetenda: quo et ii qui de ea bene sentiunt: maiore afficiant uoluptate: et siquod grauissimi istius erroris uestigium in aliquorum fortasse mentibus resedit: ex eorum animis: nisi pertinaces esse maluerint: funditus eradicetur. Quantum enim dedecoris atq; detrimenti et Latinae linguae et his artibus: quae liberales appellantur: insulsa ista persuasione inuectus sit: haud facile uerbis posset explicare. Siquidem permultos iam annos ex eloquentiae contemptu non eminentum modo in omni scientiarum genere auctorum scripta nostris litteratoribus non fuisse percepta: sed eorum quoq; plurima cum grauissima studiorum iactura: amissa non extitisse utinam falso quereremur. Nam neq; tanto pere in addiscendis nobilibus disciplinis laboraremus: neq; tam multos ad difficultatem rerum etiam orationis obscuritate deterritos ab incoeptis studiis desistere uideremus. Ut enim omnes ingenuae artes stili elegantia conditae semper flourerūt: cognitūq; facillimae extiterūt: sic ea neglecta et diu iacuerunt: et

quadam barbariae rubigine oppressae durissimum corticem
 traxerunt: ut ex facillimis difficilimae: ex iucundissimis asper
 rimae uideantur effectae. Quod quidem si cui non perinde
 rerum antiquarum perito fortasse minus liquet: is nobiscum
 quaeso consideret primum quot quantaq; beneficia in genus
 humanum contulerit eloquentia. deinde quantopere excellē
 tia priscorum quoq; philosophorum ingenia delectarit: ac d
 niq; quanto honore digna eruditionibus saeculis fuerit existi
 mata. Sic enim et quanto in errore illi uerientur facile ap
 parebit: et nonnullas ex infinitis prope artis dicendi laudibus:
 (Quis enim uniuersas uel longa oratione se posse comple
 cti sperauerit) breuiter percurramus: et ingeniosos adolescē
 tes ac potius omnem aetatem ad studia humanitatis capel
 senda: quantum exiguae ingenii mei uires poterunt: cobor
 tari euitemur. Quae praecclare de humani generis societate p
 merita fuerit eloquentia: u mihi q̄ optime tenere uidentur:
 qui eam totius ciuitatis auctorem atq; omnium ingeniarum
 artium procreatricem fuisse attestantur. Nam ut omittam
 homines a summo illo rerū opifice orationis facultate a bru
 tis animalibus potissimum distinctos fuisse atq; segregatos:
 nōne sermonis commercio homines ipsi cuncta sibi ad bene
 ciuilitateq; uiuendum instrumenta compararunt: et adiuuenta
 conquisuerunt: ornamenta adiuuenerunt. Quae uero
 fortasse mihi statim dixerit quispiam: sed ratione praecipue:
 Quis socii cum diis immortalibus deum esse uideatur.
 Atqui rationem ne ego quidem ab eloquentia excludo. Sed
 ratio ipsa quantulum nos adiuuaret: nisi quae mente conce
 pisset: depromere tandē etiam loquendo possemus: Tū ē
 pe minimum: ac potius ad humanam societatez nihil. Hoc
 uero si nobis facile declarant: qui loquendi facultate privati
 tametsi ingenio ualeant: quia tamē quae sentiunt: uerbis exp
 mere nō possunt: muti pariter ac stulti: perinde ac si pecoribus

nihil praestarent: appellari uulgo consueverunt. Quemadmodum namque ignis in silice latens: nisi ferro excudatur: nullum ex sese emittit splendorem: sic animis nostris ingenta ratio: nisi perspicua eliciatur oratione: splendescere nullo modo potest. Nec minus sine orationis copia uis rationis nostrae torpescit: quae corpora animae nigore priuata poenitus marcescere uidemus. **L**um. **Ad**. igitur Tullio Cicero ne tandem sentiamus: existimemusque suauitatem ac diuina cuiusdam praestantis ingenio uiri oratione primos illos homines in montibus ac syluis ferinam uitam degentes unum in locum pellectos atque congregatos: urbesque non solum aedificatas: sed legibus quoque firmissimo societatis humanae uinculo sapientissime fuisse fundatas. **P**ost tam fidelia uero ciuitatis fundamenta orandi facultate potissimum facta: quas artes praeclaras. quas uirtutes egregias: quibus hominum uita excolatur: eloquentiae acceptas non censebimus esse ferendas. **U**t enim de religioso deorum cultu: de sacra matrimonii copula: de filiorum in parentes pietate: de parentum in filios caritate: ut de reliquis taceam uirtutibus: sine quibus hominum uita nulla prosum existimanda foret: **P**oetice quidem foecundum quoddam artium honestarum seminarium ab eloquentia profecta: sese primam hominibus optulit excolendam. **E**rrat namque et quidem uehementer: si quis ullam artem poetica: profanum orationem carmine priorem litterarum monumentis mandatam fuisse arbitratur. **Q**uod quidem tum grauissimo **P**lynii secundi in omni disciplinarum genere summi: atque **S**trabonis geographi testimonio confirmari: tum uero hoc firmissimo argumento comprobari potest: **Q**uod solutam orationem a solutis carminibus constat fuisse appellatam. **P**oetice igitur ciuilitatem ab elo-

quentia institutam diuina quadam carminum suauitate con-
 firmare. exornare. amplificare nullo unquam tempore ces-
 sauit. Siquid nanque feritatis in agrestium illorum men-
 tibus propter diurnarum resederat consuetudinem: id omne
 sapientiae praeceptis incundo fabularum uelamine ac mi-
 rifico eloquii lepore conditis prorsus est mitigatum: et ad hu-
 manitatem colendam facile praeparatum. Primi ete-
 nim poetae Orpheus. Linus. Auluseus. Amphion. et de-
 inceps caeteri: quorum nonnulli ad uim modulatae oratio-
 nis exprimendam non solum homines et feras lenisse: sed
 arbores quoque et saxa sensus omnino expertia ad sese tra-
 xisse feruntur: in operibus suis tum de rerum natura: tum
 de morum qualitate differentes rebus quibus plurimis cognitis
 dignissimis uitam hominum instruxerunt: Sermonis quoque cul-
 tum ac elegantiam studiosissime composuerunt. Quod
 quidem probe cognoscentes prisci illi legum latores: et emi-
 nentes poetas summo semper honore dignos iudicarunt:
 et praestantibus grammaticis poetarum enarratoribus ho-
 nestissima de publico salaria constituerunt: quo adolescen-
 tum ingenia poeticis operibus primum erudita: facilius de-
 inde philosophiae praecepta iurisque ciuilibus interpretamen-
 ta assequerentur. Sere nanque ex poetarum uolumini-
 bus solis uocabulorum copia. dicendi genera: uariae ora-
 tionis figure: Sine quorum omnium perfecta cognitione
 aditus nobis ne ad unam quidem praestantium artium: ni-
 si difficillimus habetur: commodissime percipiunt. Haec
 enim ea sunt quae in primo posteriorum analyticorum li-
 bro Aristoteles ille unicuique liberalibus disciplinis operam ipse
 suo praecognoscenda esse censet: atque domo secum ad docto-
 res afferenda. Quare non immerito omnes bene institutae

afferēda. Quare nō in merito omnes bene institutae ciuitates Ita
sunt poetice amplexae ut primam ueramq; philosophiam:
qua ab iuente aetate ad bene ciuilerq; uiuendū institutamur: q̄
uarios hominum mores: qua animorum affectiones edoceā
mur. qua deniq; res gerendas in uniuerso uitae nostrae cur
riculo ac quaedam honestarum artium documenta summa cū
iucunditate percipiamus. Haec itaq; lepidissima eloquen
tiae alumna tantisper sola hominum studia detinuit ad hūi
tatemq; formauit: donec parenti q̄ optimae indolis neptem
ac de se praeclarissima quaeq; polliceutem summo cum om
nium gaudio in lucem emisit. Quae ab auia quidem q̄ pri
mum adoptata liberaliterq; instituta haud inferior matre ap
paruit. Haec a graecis appellatur. A
nobis prosa siue pedestris oratio nominari consuevit: tanquā
ab excelso loco et eo uehiculo: quo primum tragoedi
as circum uicos Thebspis uexisse dicitur: in planum descen
derit. Lyri namq; primi Persarum regis aetate pberecy
des Syrus Cadmusq; et Dilesius omnium primi Carmen
soluere ausi regum ac populorum gesta ad imitationem poe
tarum scriptis commendare coeperunt. Ita historia testis tē
porū (ut uerbis Liceronis utar) lux ueritatis. uita memo
riae. magistra uitae: nuncia uetustatis: quā ignorare est inter
pueros semper uersari: rudis quidem ac inculta primum in
lucem progressa uidetur. Secuta uero aetas cum semper re
dundantis aliquid in superiorū scriptis animaduerteret: eoz
refugeret: in eam uenustatem: in eum nitorem: in eam ele
gantiam redegit: qua terfos praesantes q; deinceps auctozes
in operibus suis uos fuisse uidemus. Commoditate igit
solutae orationis inuitati praesantes ingenio uiri: quas fre
quenti lectione in poetarum libris uirtutes annotassent: earū
artes tum primum atq; praecepta conscripserunt: hie q; na
ria nomina indiderunt. Hinc eni pfecta est grāmāticē: cui⁹

nisi quis fidelia iecerit fundamenta: frustra in reliquis laborabit
 Hinc dialectice: quae a vi disputandi nomen sortita ueritatem
 a falso suscepit discernendam. Hinc Rhetorice quae diuinae
 illius eloquentiae pauca quaedam uestigia nobis proponit imi-
 tanda. Hinc quatuor mathematicae. Hinc Ethice. Hinc
 physice. Hinc denique theologia ipsa initium duxisse uidetur.
 Quod si cui fortasse minus sit uerisimile: hinc planissime compro-
 bari potest: quod omnes ingenuae humanaeque artes tanquam ger-
 manae unanimes ab eadem editae pariter uno quodam: (ut ait
 Plato) societatis uinculo continentur: et qui earum omnium
 cognitionem percepissent: philosophi quidem posterioribus sae-
 culis: hoc est sapientiae studiosi: fuerunt nominati: Cum ante
 huiusmodi seiunctionem poetae soli utpote inuectores
 hoc est sapientes appellarentur. Quis igitur non perspicue ui-
 deat omnium laudatatum artium semina quaedam et documen-
 ta a natura primum eloquentiae, ab eloquentia poeticae, a poe-
 tica orationi solutae fuisse suppeditata? Ea uero ab excellenti-
 bus ingeniis ita fuerunt celebrata splendoreque orationis illustra-
 ta: ut sine his inuicanda hominibus uita prorsus fuerit futura.
 Studiis namque uni ex omnibus animantibus homini datis pri-
 uata paulum admodum ac potius nihil a serino uictu distare, pro-
 culdubio iudicanda foret. Cum enim multa atque adeo
 plurima nobis sint cum brutis animalibus communia: libera-
 lium artium studia humano generi peculiariter esse uidentur: quae
 idcirco quoque humanitatis cognominantur: quod uni demum
 erudiendo homini sunt accommodata. Humanum namque prae-
 stantes Latinae linguae auctores plerumque eruditum ac humani-
 tatem eruditionem quae a Graecis dicitur: nomina
 re consueuerunt. Quo quidem manifeste colligitur eos grauis-
 sine errare: qui Grammaticen modo poeticen atque Rhetoricen
 humanitatis studia putant esse nuncupanda: Cum omnes in
 genere artes, inuicem ac pontificum hoc nomine comprehendantur

hoc nomine comprehendantur. His etenim omnibus humaniores
eruditioresque fieri homines qui ignoret: existimo esse neminem.
Sed quid ego multa uobis de harum artium dignitate atque prae-
stantia dicam: quando paucis ante diebus in principali huius in-
clytae urbis templo luculentissimam de earum laudibus accepi-
stis orationem: et singulae singulas ac eas bene longas exposceret
laudationes: et multa de praeclaris copiae dicendi laudibus mi-
hi supersunt referenda. Quod si nihil aliud praeter has pulcher-
rimas artes: quibus tantopere humana expolitur uita: ab eloquen-
tia accepissemus: nonne ipsam summa benignolentia, summa ueneratio-
ne, summis laudum praeconis, summo studio prosequi, celebrare, ex-
tollere deberemus? Quae namque aut qualis esset uita nostra sine
hac quam dixi, ciuilitate ab eloquentia constituta? Nempe Ser-
monis nullus esset cultus, nulla morum ratio uigeret, nulla aeq-
uinae regula extaret, Nullus metus, nulla esset deorum religio
Nemo legitime nuptias celebraret, nemo proprios liberos ag-
nosceret: omnes in promiscuos concubitus pecudum more pro-
laberemur. Viribus et animi et corporis ad proximorum perni-
ciam abuteremur, Nulla historiarum monumenta legerent, Tul-
lae artes, nulla studia nobis proponerentur excolenda. Non re-
rum naturam, Non temporum uicissitudines, Non siderum mo-
tus: non dei ipsius denique maiestates scrutari contemplarique da-
retur. Quae praeclara igitur erga humanum genus eloquentiae me-
rita: quae tot a nobis auertit calamitates, Quae nobis eas ex-
cudit artes: quibus non solum naturae arcana peruestigare: sed
naturae quoque ipsius auctorem aliqua ex parte cognoscere et ad-
mirari ualeamus. Non iniuria igitur praestantissimi quoque philo-
sophi: ut iam id quod secundo loco proposuimus: explicandum
aggrediamur: semper eloquentiam et plurimi fecerunt: et ita sunt
amplexati: ut difficillimum sit indicari: acutiorene in excogita-
do, an facundiores in eloquendo fuisse uideantur. Tametsi enim
eorum plerique otio delectati a foro reique publicae administratioe

abstinerunt: ad scribendūq; sese contulerunt: perinde tñ eloquē
 tiae curaz suis in operibus susceperunt: atq; si coram iudicibus
 causa agenda, aut in senatu concionene sententia dicenda foret.
Probe nanq; tenebant nulla re alia magis hominū animos ad
 audiendū legendūue sollicitari q̄ facundi sermonis elegantia, p
 spicuitate, ornatu. Quare Socrates ille: qui primus oīz de mo
 ribus disputare coepit: eoq; de coelo phiam traxisse dictus est:
 pariter iuuenes **A**thenēses 7 phiae praeceptis instruebat, 7 di
 cendi facultate ad reipu. gubernacula suscipienda instituebat: ac
 discipulis: quos eminentes phos futuros esse cernebat: simul 7
 benedicendi praecepta 7 recte agendi profitenda tradebat. Qui
 cunq; igitur ex illius ludo: qui profecto fuerunt q̄ plurimi: exi
 nere: aut excellētissimi oratores aut praestātissimi phi extiterūt.
Ab hoc nanq; affluentissimo fonte: ut oratores in suum differā
 locum: omnes philosophoz sectae manātes: uarios quidē dog
 matū riuulos traxerunt: eloquentiae vō eundem alueum cūctae
 pariter tenuerunt: nisi quis fortasse epicureos: qui omnes tolle
 bant disciplinas: inter phos putat esse numerandos. **P**lato enī
 Socratis alumnus atq; discipulus: qui 7 academicoz sectam p
 mus instituit, 7 sūmā phiae manū: logicen adiciēdo imposuit: taz
 mirabili elocutione opera sua distinxit: ut inde potissimū 7 cog
 nomen diuini meruerit: 7 priscoz iudicio inter phos semper op
 tinuerit principatum. Quid Xenophontem **P**latonis aemulū
 atq; 7 discipulū uobis cōmementem: qui ob in affectatam sili iu
 cunditatem musa attica meruit appellari: perinde ac si graecis ei
 sermonem fingere contigisset. Quid stoicos: qui tamen florem
 orationis non multum affectarent: eloquentiam tamē unam e sū
 mis uirtutibus esse manifestissime asseruerūt: eorumq; princeps
 Zeno grauissimae uir auctoritatis **R**hetoricen bene dicēdi esse
 artem breuiter atq; uerissime diffiniuit. Quid **P**eripateticos:
 quoz dux **A**ristoteles diuino uir ingenio tantū oratoriae facul
 tati attribuit: ut nō contentus de ea arte duo opera conscripserit:

pomeridianis scholis ad aemulationem **I**socrates rhetoribus
profiteri coeperit. **L**uz enim **I**socrates florere discipulorum nobilitate
uideret: mutauit repente (ut **L**icero ait) totam prope formam
disciplinae suae omniumque rerum cognitionem cum orationis exercitati
one coniunxit: animi affectum bis uerbis facile declarans.

boc est. **T**urpe est nos tacere: cum **I**socrates patiamur loqui. Sed quodnam
fuerit tanti uiri de facultate dicendi sermonisque elegantia iudicium:
hinc manifestissime percipere ualemus. **L**uz enim **A**ristoteles duos
ferme et sexaginta annos natus aegro affectoque corpore cubaret:
uniuersa eius sectatorum cohors ad ipsum accedit rogantes atque
obsecrantes: ut sibi ipse deligeret loci magistrumque successorem:
quo post ultimum eius uitae diem. ad studia doctrinarum: quibus ab
ipso fuerant imbuti: complenda atque excolenda preceptore uteren-
tur. **I**llis se perlibenter facturum benignus respondit **A**ristoteles:
cum id sibi opportunum foret. **E**rant tunc in eius ludio ingenio
doctrinaque praestantes multi: sed praecipue duo: **T**heophrastus
ex insula **L**esbo. et **A**enedemus ex **R**hodo caeteris eruditione
praestabant. **H**aud igitur multo post cum iidem illi: qui de succes-
sore designando petierant adessent. **U**num inquit **A**ristoteles quod
tibi biberet non esse id ex ualitudine sua sed insalubre atque asperum:
ac propterea se desiderare peregrinum aliquod uel rhodium uel les-
bium: idque sibi ut procuraret: postulauit. eo namque usum quod sese
magis inuisset solliciti de praeceptoris ualitudine boni discipuli
propre curatum eunt: inuentumque ad doctorem afferunt. **T**um **A**ri-
stoteles **R**hodium cum gustasset: firmum inquit hercle uinum et iucundum.
petit mox lesbium: quo similiter degustato: utrumque ait optimum est.

boc est: sed suauius est lesbium. quo
quidem dicto nemini fuit dubium quin lepide simul et uerecunde
Theophrastum ob sermonis elegantiam successorem sibi delegisset.
Itaque non diu post **A**ristotele uita functo cuncti **T**heophrastum
sectati sunt boiue in eloquentia tantum: ut inde diuinum nec me fuerit

consecutus. cum enī primū ⁵ *Tyrtam* appellaret: postea *The*
ophrastus hoc est diuine loquens meruit nuncupari. *E*ant nunc
 quidam ꝛ banc orandi facultatem sermonisqꝫ elegantiam alia-
 rum disciplinarum studiis contrariam esse cauillentur: *L*um ꝛ
Aristoteles uel supremo uitae die tanti eam fecerit: ꝛ clarissimis
 quibusqꝫ philosophis non minori curae orationes qꝫ res ipsas
 semper fuisse iam aperte fuerit comprobatum. Sed iam tempꝫ
 exposceri uidetur: ut ad tertium nobis propositum deueniamus:
 ac non nihil de summa quoqꝫ nobiliū oratorum gratia ꝛ aucto-
 ritate in medium afferamus: ne transfugarum more nostras par-
 tes deseruisse putemur. Quanto igitur in honore semper apud
 priscos fuerit egregii rhetores atqꝫ oratores: cum alii permitti-
 tutꝫ in primis *Borgias leontinus* *Empedoclis Agrigentini* di-
 scipulus magno nobis esse documento potest. *I*s enī post illos
Lozarem ꝛ *Lisiam* antiquissimos fere artis oratoriae magi-
 stros: tanto graeciae totius concursu rhetoriceꝫ professus est:
 ut omniū primꝫ i *Delphici Apollinis* tēplo solida nō aurata sꝫ
 aurea statua fuerit honoratus. *T*anta priscis tēporibus eximiis
 oratoriae artis doctoribus praemia erant constituta. *B*orgias
 autem non solum iuuenes ad sese conuenientes dicendi faculta-
 te instituebat: sed in magna quoqꝫ eruditorum hominum coro-
 na se ad omnia: de quibus quisqꝫ audire uellet: ex tēpore eē respō-
 surum denunciabat. *I*n administrationem uero reipublicae ac-
 citus optime declarauit: quanto ꝛ usui ꝛ honori ciuitatibus suis
 esse possint eloquentes uiri. *S*iquidē legatus ad *Athenienses*
 missus cum sapientissime suorum ciuium mandata in contione
 exposuisset: cum *Socrate* illo clarissimo tunc sapientiae oracu-
 lo congressus tanta orationis copia. tanto lepore. tanta grauitate
 de nobilissimis questionibus disseruit: ut ex ea disputatione faci-
 le ostiterit eloquentiā sapientiāqꝫ nō re ipsa: sed nomine tantū di-
 uersas uirtutes iudicandas. *U*terqꝫ enī ita partes suas tutatꝫ ē:
 hic quidē oratoris: ille uero philosophi: ut neutꝫ alter succubuisse

existimatus fuerit. Admirabilior tamen gratiorq; Borgiae sermo Atheniensibus fuisse uidetur: utpote qui omnes eos dies: quibus Athenis cum Socrate Borgiae disputauit: festos esse uoluerunt: atq; ipsi ueluti deo alicui dedicarunt. Sermones uero eius luculentissimos faces lampadasq; fuisse non immerito memoriae pleriq; prodiderunt. Tanta rerum copia. tanto uerborum splendore illius rutilabat oratio. Quemadmodum naq; ignis splendore e locis obscurioribus tenebrae expelluntur: sic ex animis hominum imprudentia atq; inscitia sapienti splendidaq; oratione aboletur. Quid uero post hunc Demosthenis eloquentiam uobis ego commemorem: quae tanta in eo perhibetur fuisse: ut ea freti Athenienses Philippo Magni Alexandri parenti tum potentissimo regi aduersus foedera resistere ac non modo suam uerum sociorum quoque libertatem tutari non dubitauerint: Quanta in existimatione apud cives suos fuisse putandus est: Cui hostes quoque uel inuiti nihil negare ualebant: Quid Aeschinem Demosthenis aemulum. Quid Ikyperidem: Quid Socratem omni nectare suauiore: Quid Lysiam illum acutum atque elegantem purissimoq; fonti persimilem: Cuius nitidissima oratione si reus impietatis Socrates uel apud iniquissimos iudices uti uoluisset: facile ardentem flagitiosissimorum hominum furorem extinxisset. Caeterum de illis antiquioribus quid dicemus: qui tamen scripti nihil posteris reliquere: quanta fuerint tamen eloquentia: duo ex quibus plurimis solum Pericles atque Themistodes summi non modo oratores uerum etiam imperatores magno esse nobis argumento possunt: Eorum enim alter i Atheniensium contionibus: ut e a ueteribus comicis notatum: ciuibus suis non dicere et orare: sed tonitrua atq; fulgura ex ore iaculari uidebatur: adeo sua eloquentia eorum animos qui audissent attonitos stupentesq; reddebat. Themistodes uero tantum facultate orandi ualuit: ut Xerxe illo persarum rege graeciae imminente: Cum suorum uires

Innumerabilibus hostium copiis terra marique inuadentibus ne
 quaquam pares cerneret esse posse: ciuibus suis persuaserit: ut suas
 quique aedes, fora, theatra, deorum immortalium templa: totam
 denique urbem hostibus diripiendam, incendendam, enertem
 desererent: atque ad nauale certamen: in quo uno salutis ali
 quid uidebat: pariter omnes conuerterent. Ita diuina The
 mistoclis eloquentia urbem quidem incensam: uniuersam uero
 ciuitatem fuisse conseruatam historiarum monumenta testantur.
 Quid: nonne idem atque uisdem graeciae temporibus dissentien
 tes inter se graeciae ciuitates tanto impendente libertatis amitten
 dae periculo sua eloquentia reconciliauit, reconciliatas confir
 mauit, confirmatas ita contra hostes armauit, ut quamuis inuic
 ti copiarum multitudine uiderentur: foelicissime tamen eos pro
 fligauerint, fuderint, ceciderint: ipsumque tanti belli imperatorem
 qui paulo ante gentium terror mare clasibus strauerat: piscato
 ria cymba in Aliam summa cum ignominia refugere coegerit.
 Adeo in bello quoque eloquentia ea conficit: ut nobilis tragicus
 testatur Eurypides: quae nullis armis unquam effici posse ui
 deantur. Qui namque militum animi: quae lacertorum robora:
 Quae corporum vires: tanti exercitus impetum: nisi diuina The
 mistoclis eloquentia affuisset: non dico perferre: sed expectare po
 tuissent. Merito igitur Athenae illae omnium laudatarum ar
 tum excultrices: et Themistoclem perinde atque terrenum quen
 dam deum sunt admiratae: et reliquis oratoribus primum in ur
 be locum semper assignarunt: et rempublicam administrandam
 utroque et belli et pacis tempore tutissime demandarunt. Quid
 Romani oratores haud quaquam graecis inferiores: nonne apud ci
 ues suos plurimum semper et auctoritate et gratia ualuerunt: Quae
 tae enim amplitudinis fuisse censendus est Atheniensis ille agrip
 pa: quem senatus pacis inter se et plebem faciendae auctores de
 legit. Cum enim capitali odio plebs Romana noua et insoli
 ta libertate temere nimium exultans a senatoribus dissideret: is

arbiter utrinque electus blanda facundaque sic plebis annimos
leniuit oratione: ut quae iam armata collez: cui postea non sacro
fuit, pessie de patriciis cogitatis occuparat: ad saniora reuocarit co
silia: ac senatu a quo uelut a capite diuisa uidebatur: subiecerit:
optemperantemq; reddiderit. Ita Romanum imperium quod
facile in ortu suo corruisset: unius uiri eloquentia fuit confirma
tum. Quid? **M. Antonii** oratoris facundiam: quae **M. Marii**
Linnaeq; milites civilis profundendi sanguinis cupiditate flagra
tes potuit inbibere: Quod admirabilem fuisse cogitare debemus:
Siquidem a crudelissimis factionum ducibus ad **M. Antoni**
um trucidandum satellites missi exigue admodum orationis su
auitate opstupefacti districtos iam gladios continuerunt: ac san
guine uacuos in uaginas reposuerunt. **Euaserat**que periculum
orator: Nisi **Centurio Antonianae** uocis expers: ut qui mili
tibus ad **Antonium** ingredientibus extra cubiculum remaserat:
crudelissimum facinus nefarie nimium peregisset. Quantum
apud ciues suos ualuisse censendus est: qui ferocum inimicorum
animis furentibus tantam uim dicendo afferre potuit: Antiqui
ores hoc loco oratores **Publicolas** dico, **Valerios**, **Lato**
nes, **Liuios**, **Scipiones**, qui temporibus suis et **Senatus** et ciui
tatis principes fuere: consulto praetermitto. Quid enim in re ta
m apertissima pluribus immorer: Quae iam praecclare constat egre
gios oratores in omni bene instituta ciuitate honestissimum sem
per locum optinuisse: maximarumque rerum et belli tempore et
pacis auctores fere extitisse: **Laeteruz**, **M. Tullium** quo po
tissimum alumno sese iactat eloquentia, quo piaculo tacitum cmit
temus: Nonne iure meritoq; nos obiurgat tanquam ingratis
simos: qui citra ullam sui mentionem de eloquentiae dignitate uer
ba faciamus: Cum praesertim eius diuinis operibus non min
oratoria facultas quam Romana lingua fuerit illustra: Huic enim
munere quodam naturae genito: in quo totas uires suas ostendat
eloquentia: tantum honoris nouo alioquin ciui a senatu populoq;

Romano est attributū: ut ad consulatum usque summam illius ciuitatis dignitatem periculosissimo reipublice tempore fuerit euectus. **E**o autem in magistratu q̄ sit opportuna ac potius necessaria reipublicae adnitionem suscipientibus prudens dicendi facultas pulcherrime declarauit. **C**um enim in maximam rerum perturbatione incidisset: quod et proscriptorum a **S**ylla filii restitui ad honores non tam iniuste quāz alieno tempore postularent: et tribuni plebis ad captandos multitudinis animos legem agrariam agerent: luculentissimis orationibus facile omnem paccauit tumultum. **I**ta namque tribunos plebis et in senatu et in concione compescuit: ut nihil unquāz contra hūcere ausi fuerint. **I**ta proscriptorum liberos benigne coarguit: ut ipsos id amplius flagitare puduerit. **I**ta plebi grata eius oratio fuit: **C**uz ostenderet prius reipublicae habendam esse rationem q̄z priuatae: ut omnes tribus diuidendi publici agri deposita cupiditate legem agrariam: hoc est alimenta sua abdicarint: eiusque ferendae deseruerint auctores. **A**ge uero effrenatam **L**atīlinae temeritatem nōne eadem eloquentia eodem in consulatu perfregit: nōne illum urbe eiecit: nōne de teterrimis eius complicibus in optimos quosque nefandissima die noctuque machinantibus supplicium summendum esse procurauit. **A**d merito igitur ob haec tam praeclarissima gesta non modo supplicatio: qui honor uictoribus tantuz bello ducibus dabatur: **L**atīreamque omnibus triumphis anteponendam solus in toga adeptus est: **S**ed Romanorum quoque primus se uero illo **L**atītone ad senatuz referente parens patriae fuit appellatus. **Q**uod quidem cognomentum, quanti sit faciundum: secuti deinde imperatores id sibi aliis non deferentibus certatim uendicantes facile declararunt. **Q**uid ea quae in aduersa quoque fortuna **C**iceroni optigerunt: nōne summam illius uiri prae se ferunt apud homines probos et gloriam et auctoritatem: **C**um enim **L**lodii

perniciosissimi patriae civis furore circumventus esset : atque in publicum sordidatus prodisset: uniuersus repente equester ordo cum ipso parente patriae uestem mutauit : ac circiter uiginti milia hominum pullatorum urbis conseruatorem certatim comitabantur. Senatus quoque tanto propugnatoris sui periculo motus q̄s primum decreturus conuenit: ut cuncta ciuitas perinde atque in publico maerore pullis uestibus indueretur. Sed Clodiano furore armatis militibus curiam obsidente id sancire prohibitus gratum saltem animum erga protectorem suum declarauit. Quod si Clodiana temeritati armis repugnare uoluisset: num ei defuturos fuisse adiutores existimemus? Sed nunquam optimus civis potuit sustinere: ut quam urbem ipse ab rapinis, cedibus, incendiis tanta diligentia ac potius sollicitudine conseruasset: in ea ferro causa sua decertaret: ac boni ciues quos tantis laboribus a rabie Catilinae tutos praestitisset: Clodianorum feruorum telis obicerentur. Patriae igitur ac suorum ciuium caritatem propriae saluti anteponeus in exilium totius humanitatis specimen: suauissimus eloquentiae alumnus, patriae parentis cognomine paulo ante decoratus amicis, fratre, liberis uxore derelictis, aedibus crudelissime direptis atque solo equitibus, omnibus denique amissis ac si patriae proditor fuisset: in exilium inquam abire coactus est. Tantum teterrimi ciuis pessima consilia armaque ualuerunt: Sedenim tam claro lumine Romana ciuitas orbata: ut si ab hostibus obsessa fuisset: tristis ac moesta: oratoris sui desiderium haud quamquam diu ferre potuit. Cui primum enim Clodius nefandissimo illo tribunatu functus est optimates cuncti, L. Annio Milone duce de reuocando reddendoque orbae ciuitati parente post habitis rebus caeteris et priuatis et publicis agitare coeperunt: tanto animorum ardore: ut nihil aliud nisi de Licero patriae restituendo cogitaretur:

Caeterum Mesantius Clodii furor quicquam de Ciceronis reditu decerni armata manu prohibebat: in auctores ferendae legis modo ex una: modo ex alia fori parte subinde impetuz faciens: ut e sacrosanctis quoque Tribunis unus fuerit uulneratus. ex aliis q̄ plurimi necati. Quintus uero frater Ciceronis non alia euasisset uia uisi inter cadauera ubique in foro iacentia se mortuum simulans latuisset. Tandem uero Pompeius ille Magnus auxiliis undique conuocatis optimatumque uiribus collectis cum e foro Clodianam factionem expulisset: Sanctissimum illud de reditu Ciceronis plebiscitum tanto populi Romani ac potius Italiae consensu perfecit: ut non immerito postea Licero ipse gloriatus fuerit: Se totius Italiae humeris ab exilio fuisse reportatum. Quemadmodum autem uniuersa ciuitas moesta lugens ac pullata conseruatorem parentemque suum inuisa ab se dimiserat: Sic eidem ab exilio redeunti hilaris ac laeta totaque purpurata obuiam prodiit gratulabunda: ac eum tanquam imperatorem de ferocissimis hostibus triumphantez in capitolium usque ad gratias diis agendas tanto cum omniuꝝ gaudio est comitata: ut quacunqꝫ transiret flores atque odores affatim spargarentur. Tantum honoris temporibus illis eloquentibus uiris tribuebatur: Quis enim uel maximi exercitus imperator: Quis princeps: Quis uel potentissimus rex tantaz gloriae apud nationes ullas tam candide. tam benigne unquam legitur consecutus: Quaeenam ars unqꝫ alia: quae scientia: quae philosophia: Quod ius civile aut pontificium in tam excelsum gloriae fastigium suos alumnos ⁊ uiuentes ⁊ mortuos euexit: Ut eni **C** Lullius ab hominibus aetatis suae in contionibus regnare dictus est: Sic apud posteros id est consecutus: ut Licero iam non Arpinatis hominis: sed eloquentiae nomen esse perhibeatur. Praeclare igitur Eurypides ille tragicorum inuidissim⁹ eloquentiaꝝ rex humanaz singularē eē reginā iudicauit.

Ut enim ornittam q̄ sit pulchrum atque excellens: qua re ma-
xime a brutis distamus: ea in re aliis praestare hominibus: nōne
illi merito regnare dicendi sunt: et in ipsos quoq; reges imperiū
habere: qui ita in hominum coetibus: in iudiciis. in contionibus
in senatu. apud principem uerba facere possunt: ut auditorū mē-
tes ad sese allicere. uoluntates in quam libuerit partem impelle-
re: aut unde libuerit ualeant remouere? Quid nāque tam re-
gale tamq; munificum quaz amicis capite periclitantibus opitu-
lari posse. salutem tribuere. eosdem afflictos subleuare. periculis
liberare. in ciuitate retinere? Quid poro tam reginū tamque
praestanti uiro necessarium: q̄ eloquentiae armis ita semper eē
instructum: ut neque improborum calumniam pertimeat. ne-
q; ipunita inimicorū scelera: si ulcisci libuerit: abire patiaris? Itē ac
enim facultate et fraudes hominum ad perniciem uocant: et pro-
bitas atque integritas ad honorem et gloriam extollunt. Quid
uero potentius aut magnificentius excogitari possit: q̄ uiri elo-
quentis oratione tumultuosam uulgi seditiōnem pacari: iudicum
legibus ad dictorū mentes conuerti: senatus grauitate: ad utrū
libet uel misericordiae uel indignationis affectum commoueri?
Quid tam imperatorium q̄ milites ita oratione inflamare: ut
audacter cum hoste congredi: ac omnia citra ullam salutis suae
rationem subire pericula non dubitent? Quid tempore pacis:
nōne in liberis ciuitatibus oratores ita regnant: ut leges atque i-
stituta in potestate sua habere uideant? Nam et quas uolūt abro-
gant leges: et nouas si libuerit ferunt: et latas ita ex causae suae
utilitate interpretant: ut aliter legislatorē sensisse pudeat arbitrari.
Ac ne semper fori tribunalia. contiones curiamque spectemus:
Quid in otio iucundius: siue cū amicis p̄tibus colloqui: siue ad
absentes scribere uelis: q̄ sermo facetus ab oīq; ruditat alienus?
Quis enī hoīm aīos ad uirtutē ardēt⁹ excitāe. a uiciis acri⁹ pōt
deteret? Quis maerore affectos solari miti⁹: honore sublimatis

gratulari copiosius: benemeritis gratias agere cumulatius:
 Hac igitur taz praeclarā .tam commodam. tam humanae soci
 etati necessariam artem: quis nisi infusus ac omnino imperitus
 ut puerilem ac uanam negligendam esse dicet? Quis non
 potius omni studio excolendam: excellentibusque rebetonib⁹ bo
 nestissima de publico salaria proponenda iud. cabit? Hoc eniz
 vno integerrimi magistratus gymnasium patavinum alias flo
 rentissimum maxima cum studiorum iactura priuatum esse uide
 tur. Superiorum nanque huius Academiae rectorum negligē
 tia factum est: ut a quadringentis aureis: quibus cum ali nonnulli
 tum uero Gasparinus Bergomas conterraneus meus: qui p^r
 mus elegantiora studia excitauit: ad rebetoricen profitendam in
 hoc gymnasio conductus fuit: ad quadraginta (proh studioruz
 dedecus) iam deuenerimus. Et miramur: Si pauci admodū
 excellentes huiusce facultatis professores hac tempestate repe
 riuntur. Quod si eloquentiae fauere integerrimi magistratus ac
 honesta huius quoque artis doctoribus praemia constituere uo
 lueritis: rem profecto utilissimam commodissimamq; toti Aca
 demiae patauine efficietis. Praestantium nanque disciplinarū
 studiosis quid posset esse commodius aut honorificentius: q̄ p
 spicuitas ornatus et copia orationis? Et si enim eloquentia in
 maximarum administratione rerum potissimum sibi locum de
 legit: Tamē ut bona mater tāto reliquis ē artibus et adiuuēto
 et splendore: ut ex hac sola conseri uideantur. Nam ut reliquas
 rebetoricae partes praetermittat: elocutio unde ipsa sibi nomen
 sumpsit eloquentia: quam non oratori modo: sed cum omnibus
 ciuilitur uiuentibus: tum aliquid litterarum monumentis man
 dare uolentibus necessaria est iudicanda? Hac enim uirtute
 potissimum commendantur poetae. Hac censentur philosophi.
 Hac maxime orator oratore praestantior est. Hac una hi
 stóricos admiramur. Hac ad theologos lectitādos. Hac ad
 gradel iuriscōsultoz codices enoluēdos allici pluenim⁹. hac una

sermo noster ab omni rusticitate barbarieque integer custoditur.
hac ornatus. perspicuitas. gratia. dignitas. elegantia orationi cō-
paratur. Hac deniq; una: id quod **P**lynio secundo non iniu-
ria perq; arduum existimatur: uetustis nouitatem. nouis aucto-
ritatem. obsoletis nitorem. obscuris lucem. fastiditis gratiam. pon-
tibus fidem: ac suam omnibus naturam tribuere ualemus. **E**ni
uero si boni rerum aestimatores esse uouerimus: omnia studia
omnesq; disciplinas obseruata potissimum elocutionis ratione
floruisse: **E**adem uero neglecta fere iacuisse facile comperie-
mus. Quid nanq; causae est: cur priscos auctores tanto nostri
temporis scriptoribus in omni disciplinarum genere praestare
censeamus? **A**n quia illi recte ornateque loquendi fuerūt stu-
diosissimi? Quod quidem ita recentiorum pleriq; neglexere:
ut non solum ornatu aliquo stiliq; suauitate studiosorum animos
ad sua perlegendum scripta non alliciant. Sed protinus quadaz
obscuri sermonis asperitate: ac potius (Neq; enim est dissimu-
landum) foeda barbarie abigant atq; repellant. **A**pod anti-
quos uero quanto quis copiose ornateq; dicendi fuisset studio-
sior. eo reliquis habebat excellentior. **C**ur nanq; **P**lato. **A**ri-
stoteles. **T**heophrastus: quorū eloquentiae paulo ante fecimus
mentionem: summi omnium censentur philosophi? **A**n quia et i
disputationibus et in operibus suis dilucida et ornata ubique usi
sunt oratione? **C**ur **S**eruius ille **S**ulpitius primum orator. dein-
de etiam iurisperitus. **C**ur **S**caeuola. **C**ur **P**aulus (ut de re-
liquis taceaz) praestantissimi et sūt et habentur iurisperiti? **A**n
quia in exponendis duodecim tabularū alijsq; legibus ac prae-
torum edictis ubique latine. ubiq; eleganter locuti esse inueniunt
tur: **C**ur **D**emosthenes apud graecos. **A**eschynes. **I**socra-
tes. **C**icero apud latinos. **P**lynius. **Q**uintilianus diuini existi-
mantur oratores. **N**empe quia fuerunt eloquentissimi. **C**ur **T**
Liuui huius praeclare urbis alumni historia tam libenter. tan-
ta cum uoluptate lectitur? **T**empe q; lactea quadam dicendi

ubertate exūdare videt. Qua sane in quotidiano etiā ac famili
 ari sermone adeo polluisse uir ille traditur: ut quidam nobilitate
 opibusq; praestantes tam admirabilis facundiae fama permoti
 ex ultimis Hispaniae Galliaeq; finibus: quo eum audirent lo
 quentem: Romam sese contulerunt: Et quod est maxime mirā
 dum: quos tantae urbis ac tuz maxime triumphantis contempla
 tio antea ad sese non sollicitarat: unius uiri eloquentia perduxit.
 Quid diuus Paulus: nōne inter apostolos mirifica dicendi fa
 cultate peculiare apostoli cognomen est consecutus: Quid diuo
 rum uobis Hieronymi, Augustini, Ambrosii, Gregorii scri
 pta commemorem: q̄ latina: q̄ elegantia: q̄ plana: q̄ lucida:
 q̄ aperta: Quae certe si quis cum argumentosis recentioruz uo
 luminiibus conferre non grauabitur: comperiet profecto illos ful
 gentibus aquilis: istos uero sordidis muscis: ne dicam formicis
 nunq̄ se humo tollent: bus simillimos esse. Laeterum quid plu
 ra de hac tertia rhetorices parte dicam: cum praesertim qui ea
 in familiari quoq; sermōe careat: rudis, opicus, agreslis: barba
 rus esse reputetur: Quae uero citra eam litteris mandantur p̄
 senti ⁊ luce ⁊ gratia ⁊ honore uacent: nedum ullam posteritatis
 memoriam consequantur. Quamobrem humanissimi auditores
 si nihil melius eloquentia, nihil commodius, nihil magis neces
 sarium a diuina benignitate humano generi est attributum: Si in
 detantū splendoris reliqs infundit disciplinis: ut ei⁹ ornatu frau
 datae inuicundae esse uideantur: quid est quod tam dignum cul
 tu, opera, studio, labore nostro existimare debeamus: Quae
 mortalium turba lucro intenta plurima per discrimina maria trāsi
 re ac longinquas peragrarē terras: ut inde altum caducarū fra
 giliūq; diuitiarum acerrim extruant: minime grauantur. Nos
 litteraruz studiis incumbentes eloquentiaz omni indica gen ma
 omni thesaurō pretiosiorē: vnde nobis opes: amici: honores:
 reipublicae aut q̄ plima pueniūt moda: p uirili pte nra adipi
 sci non enitemur: Cōplures honestaz artū exptes die noctuq;
 toto: ut aut: p̄tore honorib⁹ magistratib⁹ ⁊ hui⁹ nos

studiorum sacra colentes orandi facultatē foecūdiſſimā honorū
omnium dignitatumq; ſegetem toto animo non amplectemur?
Beneroſiſſimi quiq; terrarum principes: ut aliquam ſui memo
riam poſteris relinquunt: lapideas aeneasq; ſtatuas ſibi erigit:
uſq; titulos uel breui tēpore duraturos aſcribi ſollicita diligentia
procurant. Nos copiae dicendi: qua unica mortale hominū ge
nus perpetuitate atq; aeternitate donatur: non omnibus ingenii
noſtri uiribus incumbemus? *E*ia igitur ingenioſiſſimi iuuenes
ſi ulla gloriae dulcedine commouemur. Si memoriam noſtri q̄s
maxime longam ac potius ſempiternam efficere praeclarū exi
ſtinamus: ac non ſemper baiulorum more: id quod pleriq; nūc
eſſe in ore audio: de pane acquirendo ſolliciti eſſe debemus: imi
temur priſcos ⁊ philoſophos ⁊ iuriſconſultos ipſamq; orādī mā
ieſtatem civilis uitae reginam: *L*itra cuius ſplendorem omnia
ſtudiorum genera obſcura, difficilia, ſordidaq; habentur: toto ai
mo petamus: ſpectemusq; cū alios rhetores atq; oratores: *T*ū
in primis. *C*icero. *T*ullium ⁊ *F*abium *Q*uintilianum alterum la
tinae linguae oculum nobis legendos imitandosq; proponam⁹
*Q*uod enim ad me attinet: hoc anno ⁊ *L*iceronis eloquentiae
principis rhetoricos: ⁊ de inſtitutiōe oratoria *Q*uintilianī libros
quo neq; apud graecos neq; apud latinos de ratione dicēdi ac
curatius ſcripſiſſe inuenies neminem: enarrandos ſuſcepi. *Q*ui
bus quideꝝ operibus ſi ut ſpero: diligenter incubuerimus: ⁊ ami
cis tutiſſimum praefidium, ⁊ patriae in aduerſis auxilium, in pro
ſperis ornamentum comparabimus. nobis uero ac familis no
ſtris opes, honores, gloriam, ac deniq; immortalitatem adipi
ſcemur. *D*ixi.



